

Aris de sanitate animi existit: sanitas autem animi est firmissime inherere potiori, hoc est, incommutabili deo, Cum vero etiā eis qui sibi naturaliter pares sūt, hoc est, hominibus dominari affectat, intolerabilis omnino superbia est. Nemo ergo se odit. Et hinc quidem cū aliqua secta nonnulla quæstio fuit, Sed nec quod corpus suum quisq̄ odit. Verū est enim quod ait Apostolus, Nemo vnq̄ carnem suam odio habuit. Et quod nonnulli dicunt malle se omnino esse sine corpore, omnino falluntur. Non enī corpus suū, sed corruptiones eius & pondus oderunt. Nō itaq̄ nullum corpus, sed incorruptū & integerrimum ↑ corp⁹ volunt habere, Sed putāt nullū corp⁹ esse si tale fuerit, quia tale aliquid animā esse putant. Quod autē continentia quadam & laboribus quasi persequi videtur corpora sua, qui hoc recte faciunt, nō id agunt, ut non habeant corpus, sed vt habeāt subingātū & paratum ad opera necessaria. Libidines enī male vtentes corpore, id est, consuetudines & inclinationes animæ ad fruendum inferioribus, pro ipsius corporis laboriosam quandā militiam extinguerē affectāt. Nam nō se interimunt, sed curā suæ valitudinis gerūt. Qui autem peruerse id agunt, quasi naturaliter inimico suo corpori bellum ingerūt. In quo fallit eos quod legunt, Caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. Hæc enī sibi inuicem aduersantur.

B Dīctum est enim hoc propter indomitam carnalem consuetudinem, aduersus quam spiritus concupiscit, non vt interimat corpus, sed vt concupiscentiam ei⁹, id est, consuetudinem male domitam faciat spiritui subiugatam, quod naturalis ordo desiderat. Quia enim hoc erit post resurrectionem, vt corpus oimodo cum quiete summa spiritui subditum immortaliter vigeat, hoc etiam in hac vita meditandum est, vt consuetudo carnalis mutes in meli⁹, nec inordinatis motibus resistat spiritui. Quod donec fiat, caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem: non per odium resistēte spiritui, sed per principatum, quia magis quod diligit vult subditum esse meliori: nec per odium resistente carne, sed per consuetudinis vinculum, quod à parentum etiam propaganda inueteratum nature lege inoleuit. Id ergo agit spiritus in domanda carne, vt soluat malæ consuetudinis quasi pæcta peruersa, & fiat pax consuetudinis bonæ, Tamen necisui qui falsa opinione deprauata corpora sua detestantur, parati essent vnioculum vel sine sensu doloris amittere, etiam si in altero tant⁹ cernendi sensus remaneret, quantus erat in duob⁹, nisi aliqua res quæ præponenda esset vigeret. Istis atq̄ hmoi documentis satis offenditur eis qui sine pertinacia verum requirunt, quàm certa sit sententia Apostoli vbi ait, Nemo enī vnquam carnem suā odio habuit. Addidit etiam, Sed nutrit & fouet eā, sicut Christus Ecclesiam. Modus ergo diligendi præcipiend⁹ est homini, id est, quomodo se diligit vt profit sibi. Quin autē se diligit & prodesse sibi velit, dubitare dementis est. Præcipiendū etiam quomodo corpus suum diligit, vt ei ordinate prudētēq̄ consulat. Nā quod diligit etiam corpus suum, idq̄ saluum habere atq̄ integrum velit, æque manifestum est. Aliquid itaq̄ ampli⁹ diligere aliquis potest, q̄ salutem atque integritatem corporis sui. Nam multi & dolores & amissiones nonnullorum membrorum voluntarias suscepisse inueniuntur: sed vt alia quæ ampli⁹ diligebant saltē consequerentur. Non ergo propterea quisquam dicendus est, non diligere salutem atq̄ incolumitatem corporis sui, quia amplius aliquid diligit. Nam & avarus quis pecuniam diligit, tñ emit sibi panem. Quod cum facit, dat pecuniā quam multum amat & augere desiderat. Sed quia plurius æstimat salutem corporis sui, quæ illo pane fulcrit, superuacaneum est diutius de re manifestissima disputare,

T omus tertius.

quod tamen plerumque nos facere cogit error impiorum. Ergo quoniam præcepto non est opus, vt se quisq̄ & corpus suum diligit, id est, quoniam id quod sumus, & id quod infra nos est, ad nos tñ pertinet, inconcussa nature lege diligimus, quæ in bestias etiā promulgata est: nam & bestię se atq̄ corpora sua diligunt: restabat vt & de illo quod supra nos est, & de illo quod iuxta nos est, præcepta sumeremus. Diliges, inquit, dominum deū tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & diliges proximum tuū tanquam te ipsum. In his duobus præceptis vniuersa lex pendet & Prophete. Finis itaq̄ præcepti est dilectio, & ea gemina, id est, dei & proximi. Quod si te totum intelligis, id est, animam & corp⁹ tuum, & proximum totum, id est, animam & corpus eius: homo enim ex anima cōstat & corpore, nullum rerum diligendarū genus in his duobus præceptis prætermittit. Cū enim præcurrat dilectio dei, eiusq̄ dilectionis modus prescriptus appareat, ita vt cætera in illum confluant, de dilectione tua nihil dīctum videtur. Sed cum dīctum est, Diliges proximum tuum tāquam te ipsum: simul & tui abs te dilectio nō prætermittit. Ille autem iuste & sancte viuunt, qui rerum integer æstimator est. Ipse est autem qui ordinatam dilectionē habet, ne aut diligit quod nō est diligendum, aut non diligit quod est diligendum, aut amplius diligit quod minus est diligendum, aut æque diligit quod vel minus vel amplius diligendū est, aut minus vel amplius quod æque diligendū est. Omnis peccator inquantū peccator est, non est diligendus. Et omnis homo inquantū homo est, diligendus est propter deum, deus vero propter se ipsum. Et si deus omni homine amplius diligendus est, ampli⁹ quisq̄ debet eū diligere quàm se ipsum. Item amplius alius homo diligendus est quàm corpus nostrū: quia propter deum omnia ista diligenda sunt, & potest nobiscum alius homo deo perferri, quod non potest corpus, quia corpus per animam viuunt quia fruuntur deo.

Omnes autem homines æque diligendi sunt. Sed cum omnibus prodesse nō possis, his potissimū consulendū est, qui pro locorū & temporū vel quarilibet rerū opportunitatib⁹ constructi tibi quasi quadam sorte iunguntur. Sicut enī si tibi abundaret aliquid quod dari oporteret ei qui nō haberet, nec duobus dari posset, si tibi occurreret duo, quorum neuter alium vel indigētia, vel erga te aliqua necessitudine superaret, nihil iustius faceres quàm vt forte eligeres, cui dandum esset quod dari vtriq̄ non posset. Sic in hominibus, quibus omnib⁹ cōsulere nequeas, pro sorte habendum est pro vt quisq̄ tibi colligatus temporaliter adhærere potuerit. Omnium autē qui nobiscum frui possunt deo, partim eos diligam⁹ quos ipsi adiuuamus, partim eos à quib⁹ adiuuamur: partim eos quorum & indigemus adiutorio & indigentia subuenimus: partim quib⁹ nec ipsi conferim⁹ aliquid cōmodi, nec ab eis vt nobis conferatur attendimus. Velle tamen debemus, vt omnes diligāt nobiscum deum, & totum quod vel eos adiuuamus vel adiuuamur ab eis, ad vnum illum finem referendum est. Si enim in theatris nequitia qui aliqueum diligit histrionem, & tanquam magno vel etiam summo bono eius arte perficitur, omnes diligit qui eum diligunt secum, non propter illos, sed propter eum quem pariter diligunt: & quanto est in eius amore feruentior, tanto agit quibus potest modis, vt à pluribus diligatur, & tanto pluribus cupit eum ostendere, & quem frigidiores videt excitat eum quātum potest laudibus illius. Si autem contrauentum inuenierit, odit in illo vehementer odium dilecti sui, & quibus modis valet instat vt auferat: quid nos in societate dilectionis dei agere conuenit, quo perfrui beate viuere est, & a quo habent omnes qui eum diligunt,

a iij & qd

Carnē o-
dise quo
cōueniat.
Caput
XXIII.
Ephē. 5.
3. sen. dil.
23. ca. 1.
↑ celerri-
mum.

Gal. 5.

Meditā-
di verbo
pulchre
hic vti,
non tñ p
cogitare,
sed p co-
gitando
exercere:
sicuti ve-
teres di-
xerunt,
omnes
artes in
medita-
tione con-
sistere.

Ephē. 5.

Amor sui
vbi laudā-
dus. Cap.
XXV.

D
De dili-
gēdo deo,
pximo &
seipō. Ca.
XXXVI.

Matt. 22.

1. Tim. 1.

E
Ordo di-
lectionis.
Ca. XXX.
VII.

E

Quibus
potissimū
sit succu-
rendum.
Ca. XX.
VIII.

F

Optādā,
vt oēs di-
ligāt deū
Caput
XXXIX.